

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. VI. Dispersio discipulorum Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

ECCLESIAE LIB. III

Cundo dicit, se per semetipsum modo non posse venire,
quia in loco Hierosolymorum præceptum patris & obe-
dientiam impleturus. Tertio promittit ei salutem in
hæc verba: *Cum assumptus fuero, mittam tibi unum ex di-
scipulis meis, qui te curabit ab infirmitate tua.*

C A P. V.

De facie Domini lineo panno impressa.

Dicitur etiam, quod pro desiderio præfati Regis im-
plendo aliquatenus, Dominus faciem suam lineo
panno impressit, & misit ad eum, ut qui in propria for-
ma videri non poterat, saltem per impressam imaginem
videretur. Tunc ergo Tatthæus ille discipulus, qui mis-
sus est ad Edessam prædictam, ibi dominicam deportare
meruit imaginem, quæ per longa ibi tempora perdura-
vit, donec Constantinopolim, cum cæteris reliquiis, est
asportata.

C A P. VI.

Dispersio discipulorum Domini.

Lapidato itaque Stephano protomartyre, discipuli o-
mnes, exceptis duodecim, disperguntur per univer-
sam Iudæam & Samariam; & aliqui eorum usque ad
Phænicem, & Cyprum, & Antiochiam devenerunt. Ibi
paucis prædicant Iudæis, non audentes se credere Iu-
dæis vel gentibus, Saulo tunc temporis vastante eccle-
siam,

B 2

C A P.